

talem esse iustitiam hominis ad Deum ratione meriti de condi...

Tum quia Concil. Tridentin. sessione 6. cap. 10. in sensu ma...

190 Ex dictis itaque satis constat, quoniam hanc de iustitia Dei...

ARTICULUS QUARTUS.

Fundamenta conuoluntatis prima sententia. extrema.

191 In oppositum contra primam nostram conclusionem art. 2. sta...

qua est controversia presens, & arguit in primis quamplura...

Secundo arguit Smiling. ratione, quae est praecipuum primae...

Confirmatur, quia si homo aduersus Deum haberet ius, seu...

192 Respondeo hoc argumentum plane ineluctabile esse contra...

ror potest revocando donationem per vim retrotrans larivam, ut...

194 Hinc ad argumentum distinguendum est assumptum, creatura...

Ad Confirmationem patet per idem, sequela enim teneret...

195 Tertio arguit a priori Ovidius contra 8. et 9. Deum natura...

ex iustitia dandam, quia ex vi huius promissionis se obligare ad...

Respondeo, ex solutione ad argumentum praecedens satis 196...

Quarto arguit Vasquez pars. disp. 85. et 86. et pars. 2. dis...

Respondeo Ovidius quoque primae sententiae acrimiam de 198...

fallum est enim assumptum, nam sicut dominium proprietatis non solum circa bona pecuniis estimabilia potest cadere, sed etiam circa res spirituales, & ab his duobus dominis potest abstrahi dominium proprietatis in communi, ita & iustitia pecuniaria, tanquam genus, unde potest bene quiescere iustitia obligandi orandum, vel sciendum Sacramentum pro alio, & non solum impedire laborem illum corporalem in celebrando, sed etiam applicationem Sacrificii, quod est res pure spiritualis, ut si duo Sacerdotes paciferebantur ad invicem, ut mutuo quisque stans diebus celebraret, pro alio, quemadmodum bene declarat Bellut. *qu. 5. cit. art. 1.* Neque de Aristotele, satis curandum est quod locutus est de iustitia, prout illam communiter homines accipiunt, quatenus in humana, & civili Republica est in usu, & præcipue de illa tria, & vulgari, quæ circa commercia versatur. Ad 2. Aristoteli loquitur etiam de iustitia, prout exercetur in nobis, verumtamen iustitia abstractius concipiatur, ut est communis ad creaturam, & increatum, non est eius materia limitanda ad bona utilia, vel commoditatem humanam afferentia, sed etiam ad debent ad honorem, obsequium, cultum, & in universum ad actores, quæ alteri, sed Deo placent, quo Pacto Paulus ad Timoth. 2. opera nostra bona dicit esse Deo utilia, si quis se emendaverit ab istis, *erit in honorem sanctificatum & utilis domino*, licet enim Deus ad usum suum aliquem obsequia nostra non accipiat, qui referatur ad conservationem, vel accessionem perfectionis intrinsecæ, tamen opera nostra esse possunt Deo utilia, quatenus per ea exhibemus Deo debitam obedientiam, & supremi domini recognitionem, unde sicut honor, & fama dicitur extrinsecum bonum, ita lato modo possunt hæc opera dici utilia ad Dei honorem, & gloriam; & sicut in humana per obsequia, quæ etiam solum cedunt in laudem extrinsecam alterius, potest quis illum alterum obligare ex iustitia, ita servata proportione dicendum de nobis, & Deo; Quod etiam contra Valquez demonstrat Suarez citat. argumento ad hominem sicut enim ille dicit, ad gratitudinem in Deo inducendam respectu nostri sufficere opus gratum, licet non sit beneficium, nec utilitatem operum gratum, licet non sit beneficium, nec utilitatem afferat, ita nos pariter dicemus ad instam retributionem sufficere, etiam si utilitatem, vel commoditatem non afferat ei, in cuius gratiam fit, quod ei placeat, & in eius gloriam cedat, non enim aliud Deus querit in operibus nostris, nec aliud Scriptura præterdit, cum passim loquitur dandam esse Deo gloriam, & honorem, & homines magnificare Deum.

Ad 3. negatur sequela, ad cuius probationem dicendum, quod quamvis seculo pacto, & promissione Dei opera iustorum sunt digna vite æternæ, & habeant ius quoddam remotum, & radicale, ac veluti in actu primo ad illam, tanquam ad aliquod sibi proportionatum, non tamen habent ius proximum, & formale, nec respectum illam, ut debitam ex iustitia, & multo minus ipsam, ut debitorem, aut remuneratorem, ut constat ex *gr. præced.* Sed non tenetur Deus ex iustitia pro præmio, vice æternæ illa compensare, sicut nec Paterfamilias tenetur operariis reddere ex iustitia denarium, si non fuisset cum eis facta conventio; secus est postposito pacto, aut promissione, nam supposita operum condignitate, & tali pacto accedente, tunc Deus redditur debitor nostræ ex iustitia, non ex sola fidelitate, quia est promissio sub conditione onerosa operis equalis, perfecti, & condigni præmio, quare postquam illi dicitur cum August. *serm. 16. de verbis Apostoli. Reddo quod promissum, quia scimus, quod iustis hoc tamen semper intelligendum est de iustitia non rigorosa, sed secundum quid, quia talem condignitatem, & æqualitatem non habent opera nostra ex natura sua, sed ex eius gratia nobis liberaliter concessa, unde Deus in nobis sua dona coronat, ut ait idem Augustinus.*

Quinto obicit idem Valquez, quia Patris ad Filium, dominium servum non potest esse iustitiam obligatio præferim commutativæ sed tantum fidelitatis, Deus autem est supremus dominus, & pater hominis iusti modo specialiori, ergo nequit illi aliquid ex iustitia reddere; Minor patet, maior est Aristot. 5. Ethic. cap. 6. & fæderatio, quia quicquid habet filius, aut servus, magis est Patris, aut domini, quam suum. Confirmatur, quia si Deus præmia retribuit ex iustitia, iam esset iniustus, si non retribueret; at hoc est falsum, quia ille solum dicitur iustus, qui lædit ius alienum, Deus autem si non præmiat, non læderet ius alienum, quia ius illud hominis est etiam ipsius Dei. Denique est indignum Deo se hoc modo obligare ex iustitia servo, fieret enim Deus servus hominis, consequentia probatur, servus, ut sic, dicit ordinem ad dominium; dominium idem est, ac ius; ergo si creatura lædit ius adversus Deum, est quocumque dominium; ergo in Deo est servus, hæc enim est debitorum, seu obligatio ex iustitia.

Respondent admittentes in Deo respectu creature iustitiam

propiam, ac simpliciter dictam, Aristoteli. *loc. cit.* loquitur de filio non emancipato, ac servo non manumisso, homo autem iustus erga Deum se habet ut ius emancipatus, & servus habens proprium peculium, eo quod habet verum dominium operum, quibus meretur apud Deum, siquidem eum constituit in manu consilii sui Eccles. 15. Ceterum neque adhuc inter Deum, & hominem talem, ac tantam potest intercedere iustitiam qualis, & quanta intercedit inter Patrem, & Filium emancipatum, inter Dominum, & servum manumissum, iam ostensum est supra n. 185. & 186. ubi hæc responsio explosa est, Neque quod Deus hominem constituit liberum, & in manu consilii sui, infert, quod ita se sui iuris erga Deum, qualiter se habet filius emancipatus respectu Patris, & servus non manumissus respectu domini, nam adhuc magis subicitur cum suis operibus domino Dei, quam illi domino, & patri; Adhuc tamen ad argumentum negandum est assumptum quoad secundam partem, quia licet inter patrem, & filium non emancipatum, dominum, & servum non manumissum neque intercedere iustitia rigorosa, & proprie dicta, potest tamen cadere iustitia secundum quid, & debitum est parte patris, & domini plusquam fidelitatis, si addit ali- quod pactum liberum ex parte domini liberalis, hoc enim sufficiens esse potest ad inducendam obligationem iustitiæ, licet non rigorosæ, ut ait Scotus 5. loc. cit.

Ad Confirmationem stance operum condignitate, & pacto- ne Dei de illis compensandis potest Deus dici iniustus, si illa non compensaret sensu iam explicato n. 188. & 189. quare in eo sensu negatur minor: ad probationem dicendum, quod licet sit de ratione iniustitiæ rigorosæ, ac simpliciter dictæ, quod per eam lædatur ius alienum, & perfectum, tamen ad constituendam iniustitiam imperfectam, & secundum quid dictam, sufficit ut lædatur ius alterius imperfectum, in casu iustitiam, quod Deus meritis iustorum præmia non retribuit, est non lædatur ius omnino alienum, quia ius illud hominis est etiam ius Dei, lædatur tamen ius ipsius hominis, quod, & quantum fit respectu Dei iam declaratum est n. 193. & in hoc sensu faceret iniustitiam ipsi, licet non rigorosam.

Ad 3. negatur assumptum, ad probationem negatur conse- quentia, si sermo sit de vera servitute, quia aliquis ex neces- sitate obstringitur servare alteri, ita necesse non est, nec mi- nisteriorum ullum exigere mercedem: ad probationem dico servitutum non importare ordinem ad quolibet dominium, & ius, aliter omnis debitor esset servus sui creditoris, neque obligatio ex iustitia etiam quantumvis rigorosa servum constituit alioquin Paterfamilias debens ex iustitia mercedem operariis, ser- vus illorum dici deberet: sed servitus dicit relationem ad illud dominium, quo aliquis potest de alio homine ad liberum dispo- nere, tanquam de re propria, quod dominium nequit creaturæ communicari respectu Dei.

Sexto tandem obicitur, quia est in operibus iustorum sic capacitas, & dignitas iusti præmiis, ex parte tamen Dei est incapacitas obligationis iustitiæ ad illud reddendum, quod probatur multipliciter, quia iustitia ex sua ratione formalis dicitur imperfectioem, debet enim unicuique tribuere ius suum, hoc est unicuiqueque ius servare illam, unde con- sequenter supponit ius in alio, & debitorum in se servandi ius il- lud illi ipsum, nec nisi iuris illi, quod totum imperfectioem dicitur in Deo, qui nequit supponere ius in creatura, quod non sit suum, nec habere obligationem servandi ius alienum. Tunc 3. quia repugnat Deum obligari ex iustitia ad communicandum alteri bonum, quod a se alienare non potest, & propter acceptationem eorum, quæ sua sunt magis, quam cuiuscunque alterius. Tunc 3. quia si Deus daret nobis ius contra se, per quod gloriam ab eo exigere possemus ex iustitia, adhuc ipse esset dominus eius iuris, & haberet ipse ius contra seipsum, Tunc 4. quia talis obligatio non potest provenire, nisi ex aliqua lege iustitiæ, cum tale debitorum sit le- gale, Deus autem nulli legi subiectus est. Tunc tandem, quia talis obligatio esset diminutio domini Dei ad faciendam de creatura, quod voluerit nam talis potestas quasi ligatur per eam obligationem, ut non possit iustus non dare tale præmium.

Respondendo, Deum esse incapacem iustitiæ rigorosæ commutativæ, & proprie dictæ, sicut exercetur in nobis, talis enim iustitia aliquam supponit imperfectioem, nempe alteritatem, & limitationem domini inter eos, quos curat fi- cere æquales in ratione dati, & accepti; non tamen est inca- pax iustitiæ secundum quid, & accepti; & minus proprie dictæ, quæ a talibus præcedit imperfectioem. Ad primam probatio- nem in oppositum, dico illam iustitiam dicere imperfectioem, quæ in altero supponit ius a meo independens voluntate, nam debitorum quod inde mihi imponitur est ex neces- sitate: quando autem ius in alio præsuppositum est à voluntate tribuentis omnino proveniens, ac in fieri, & conservari de-
pendens, nullam infert imperfectioem, sed solum minuit ra- tionem rigorosæ iustitiæ. Ad secundam pariter probat de obli- gatione rigorosæ iustitiæ, quæ in communicando alteri bonum sequitur dominii translationem, & quod obligatio oritur ex do- nis propriis creditoris, & alius indebitis, non autem de obli- gatione minus rigorosæ iam explicata. Ad tertiam opinioem inquit Bellutus *art. 2. cit.* quod si argumentum valeret, concluderet nullam creaturam esse alteri debitorum, sed solo Deo, nec habere aliquod verum dominium, nam quodlibet ius in creatura re- pertum est ipsius Dei, unde debitum esset solum ad ipsum Deum; neque dici posset Paulum verbi gratia debere censum Petro, sed Deo, quia ius in Petro repertum adversus Paulum est ius Dei, neque Petrus dici posset dominus equi, sed Deus qui est dominus illius iuris, quod habet Petrus in æquum idem igitur hoc non obstat, quod Deus sit dominus iuris Petri in equum, vel centum aureos, quatenus potest tale ius destruere, & Pe- trum compellere abique iniuria, ut tali iuri cedat, non ob id titulo talis domini dicitur proprie Deus dominus equi, nam si tale dominium non esset in Petro, adhuc Deus esset domi- nus equi sita in proposito quantumvis Deus sit dominus iuris Pe- tri adversus seipsum, quia potest illud destruere, non ob id ita denominabitur dominus præmiis ut sibi ipsi constituarur debi- tor illius præmiis; Quare argumentum probat solum non adesse inter Deum & hominem rigorosam iustitiam, qualis in creaturis reperitur, quia omne ius creaturæ provenit ex liberalitate domini, in cuius potestate est illud concedere, & revocare, ut ait Doctor *disp. 46. cit.* in solutione argu- mentorum.

Ad 4. ait Doctor ibidem, hoc debitorum in Deo non provenire ab aliqua lege extrinseca, vel imperante, sed ex intrinseca divine voluntatis rectitudine, que est sibi ipsi lex, & prima regula contingendum ad extra; sicut etiam debitorum fidelitatis, & veritatis est in Deo, non ex lege aliqua extrinseca, sed ex natura. Ad ultimum negatur consequentia, sicut enim non diminuitur dominium divinum per obligationem fidelitatis, ita neque per obligationem iustitiæ, ut hic de ea loquitur: cum enim sit perfectioem omnium dominus, quantumque promissionem, & pactum revocare potest absolute loquendo, & in sensu diviso, & consequenter potest ius auferre à creatura, quæ licetque sit, adversus seipsum quia ratione etiam non dicitur diminui liberam divinæ voluntatis per immutabilitatem sui decreti.

Ad 4. ait Doctor ibidem, hoc debitorum in Deo non provenire ab aliqua lege extrinseca, vel imperante, sed ex intrinseca divine voluntatis rectitudine, que est sibi ipsi lex, & prima regula contingendum ad extra; sicut etiam debitorum fidelitatis, & veritatis est in Deo, non ex lege aliqua extrinseca, sed ex natura. Ad ultimum negatur consequentia, sicut enim non diminuitur dominium divinum per obligationem fidelitatis, ita neque per obligationem iustitiæ, ut hic de ea loquitur: cum enim sit perfectioem omnium dominus, quantumque promissionem, & pactum revocare potest absolute loquendo, & in sensu diviso, & consequenter potest ius auferre à creatura, quæ licetque sit, adversus seipsum quia ratione etiam non dicitur diminui liberam divinæ voluntatis per immutabilitatem sui decreti.

ARTICULUS QUINTUS.

Diluentur obiectiones secunda extreme sententia.

Contra alteram conclusionem *art. 3.* firmatam arguunt Au- ctiores secunda sententia extreme, probantes in Deo concedi debere iustitiam verè, & proprie commutativam in me- ritorum compensatione, hoc enim est valde conforme Scripturis, Patribus, & Conciliis, nam in Scriptura vocatur beatitudo *corona iustitiæ*, item comparatur denario diurno dato o- erariis in vinea laborantibus, ubi dicitur Paterfamilias *non me ex denario conveniisti mecum, tolle quod tuum est*, quibus verbis explica- tur & obligatio ex parte Patrisfamilias orta ex conventionem, que ad iustitiam pertinet, & ius proprium mercenarii, cum ei dic- tur, *tolle quod tuum est* quod formalitè pertinet ad iustitiam commutativam, & idè inquit Apoll. Ad Hebræos 6. Deum futu- rum iniustum eo ipso, quod non redderet gloriam. *Nem enim iniustus est Deus ut obliviscatur operis vestri, & dilectissimi*, sic etiam loquitur Concil. Trident. *sess. 6. cap. 6.* ubi nobis vice æternæ proponitur & tanquam gratiam Filii Dei misericorditer promissa, & tanquam merces, & corona iustitiæ fideliter reddenda; & sic tandem loquitur Augustinus, Bernardus, & alii Patres apud Suarez *reloc. de libertate divina disp. 1. sect. 2.* Quæ omnia testimonio sane indicant Deum iustitiam exercere erga ho- mines in collatione gloriæ pro bonis eorum operibus, & cum de iustitia proprie dicta possint commodè intelligi, frustra, & male consequenter ad iustitiam minus proprie dictam, & ad sensus recurrit metaphoricis, quia non oportet Scripturæ verba impropre interpretari, quando nulla subest necessitas, pro quo etiam facere videtur, quod habet Scotus *1. disp. 17. q. 2. LL.* dum inquit, quod hæc obligatio in Deo, & dignitas adus ex parte nostri vocatur *secundum strictam iustitiam*.

Respondendo *secundum ex dictis nam. 159. & seq.* quo sen- su testimonio illa sint intelligenda, ubi etiam gratis concedi- mus non esse explicanda de iustitia latè sumpta, prout cum fi- delitate coincidit, & metaphoricè dicta, sed de iustitia pro- prie dicta, prout hæc opponitur iustitiæ impropre, ac meta- phoricè dicta; quod adhuc magis stabilivimus *num. 188. & 189.* Quod fit in iustitia proprie dictam intelligitur iustitia rigo- rosa omnibus conditionibus instructa ad eam requisitis, vel que

importat ius strictum, & proprie dictum ex parte creditoris, & strictum debitum ex parte debitoris ortum, sicutque, ex natura dati, & accepti, sicut iustitia commutativa ex suo conceptu for- mali importare videtur; in hoc planè sensu negamus in Deo ius- titiam verè, & proprie dictam erga creaturas, quia nec tale de- bitum reperitur in Deo respectu creature, veluti sibi à creatura impositum ex sola sui operis, & obsequii efficacitate independenter ab eius gratia, & liberalitate; neque è contra in creatu- ra admitti potest ius strictè sumptum respectu Dei, quasi illum ex propriis bonis obligando, ut constat ex dictis n. 182. & 187. hoc enim manifestè convincit Patrum auctoritates adductas n. 166. dicentium, Deum nil nobis ex iure debere, nobisque de- bitorem constituit, ex sola sua liberalitate, ac benignitate, neque nos ratione meritum nostrorum acquirere ius strictè sumptum ad gloriam, nisi accedente eius liberali promissione, quia pos- set illa sibi adsumere, ut ex aliis titulis debita, abique alia compensatione; quare ad concordandas Patrum auctoritates sic diversimode, ac quasi contrariè loquentium de iustitia Dei ad creaturas in merito specialis virtus; à Deo totaliter ab- legaretur cum prima sententia, neque in eo statueretur in omni rigore, quo reperitur, & exercetur in creaturis, sed admittet- retur in eo sub nomine iustitiæ potius retributivæ, & præmia- tivæ, quam commutativæ, cum hæc ex vi nominis, & ex folo formali conceptu aliquam videtur importare imperfectioem; atque idè sub nomine iustitiæ commutativæ admittitur in ip- so tantum secundum quid, & per quamdam similitudinem; quo autem sensu Doctor *1. disp. 17. q. 2.* appellaverit strictam ius- titiam iam declaratum est n. 159.

Secundò arguunt ratione à priori, quia iustitia commutativa ex suo conceptu formali nihil dicit Deo repugnans, & aliunde dicit perfectionem, est enim honestum suum cuique ius ser- vare; ergo concedenda est operis condigni, vel æqualis ad rem promissam oritur obligatio ex iustitia proprie dicta, ut patet in obligatione reddendi denarium facta conventionem cum operariis cum conditione laborandi in vinea; sed Deus promit- tit iustis vitam æternam sub conditione operum onerosa, & opera nostra ex gratia habent æqualitatem, & dignitatem ad vitam æternam, ergo ex iustitia tenetur eam reddere; Deni- que vita æterna debetur iustis plusquam ex fidelitate, & gra- titudine, ut latè probatum est *art. 2.* ergo ex iustitia, & conseq- uentia patet, quia non est assignabilis alius titulus, vel alia obli- gatio magis stricta supra fidelitatem, & gratitudinem, nisi obli- gatio ex iustitia.

Respondetur negando assumptum; etenim iustitia commu- tativa ex suo conceptu formali, & ex ipsius vocis significato dicitur iurium alteritatem, & domini translationem, & minus eius est servare æqualitatem dati, & accepti ex rei natura ortam inter danrem, & accipientem independenter à liberalitate re- tribuentis, & ex necessitate legis, cuius rectitudo non fit, si ea totaliter in voluntate retribuentis, ut satis patet ex dictis, unde in Deo maximam poneret imperfectioem; servare verò cuique ius suum ei à retribuatate communicatum abique ulla domini abdicatione proprie dicta, utique nullam dicit im- perfectioem; imò summam perfectionem, hoc autem non con- venit iustitiæ commutativæ, ut sic, sed retributivæ, vel præmiativæ, quæ utriusque in Deo reposita est iuxta dicta *num. 190.*

Ad Confirmationem vera est maior, quando ex parte dantis reperitur ius simpliciter, ut ei retribuatur æquale: acquiritur in eo ex natura dati, & accepti, & consequenter etiam resultat debitum simpliciter ex parte accipientis, ut retribuat æqua- le secundum quantum danti; at quando ius in dante acquiritur dependenter omnino ex liberalitate retribuentis, & non ex natura dati, & accepti, ut est in proposito de Deo respectu creaturarum, in quibus ius acquiritur ad gloriam tam remo- tum, quam proximum ex sola acceptatione, & promissione divina, est fit sub conditione operis onerosa, ac etiam æqualis, & condigni talis promissio, adhuc tamen ex ea non oritur obli- gatio ex iustitia commutativa proprie, & simpliciter dicta, sed ex iustitia retributiva, & præmiativa, cuius debitum est strictius utriusque æquale, quam debitum ex sola fidelitate, vel gratitudine ortum, & quodammodo medium inter debitum fi- delitatis, & iustitiæ commutativæ proprie dictæ, ut explicatum est n. 159. & 188. & ratio est, quia debitum, & obligatio in re- tribuente non oritur ad æquale ex motivo æqualitatis, & condi- gnitatis operis, sed præsertim ex ius liberalitate, quandoquid- dem opus illud quantumcumque præmio æquale, & condignum adsumere poterat, ut aliis titulis debitum; ac etiam quia sua operis condignitas fundatur in gratia habituali, quam Deus no- bis liberaliter omnino communicat.

Ad 3. concessio gratis assumptio negatur consequentia, si in ca- sat

fat sermo de iustitia commutativa proprie dicta: ad probationem dico, assignari posse obligationem adhuc strictiorem fidelitatis, & gratitudine, que tamen non fit iustitie commutative proprie dicta sed solius iustitie retributive, & premiative, que dicitur potest commutativa secundum quid, & per similitudinem.

110 Tertio arguit Poncius, quia si nulla esset imperfectio ponere in Deo iustitiam rigorosam, & simpliciter dictam, maxime quia sequeretur. Deum esse debitorem creaturæ; vel non esse dominum illarum actionum, quibus creatura obligaret ipsum, sed ex nullo ex his capitibus sequitur imperfectio: ergo &c. maior patet, probatur minor quoad primam partem, quia quamvis esset imperfectio, quod Deus esset debitor creaturæ independenter à sua voluntate libera, qua vellet obligare se, si creatura hæc, vel illa opera fecisset, nulla tamen esset imperfectio, quod sit debitor ex sua liberalitate, ut nos quoque supradiximus; probatur etiam quoad alteram partem, quia non sequeretur Deum non esse dominum illarum actionum quantum ad hoc, quod dependant essentialiter ab ipso: nec quantum ad hoc, quod non possit obligare creaturam ad illas actiones eligendas, cum enim fit dominus creaturæ, certum est, quod possit ipsam obligare ad quecumque voluerit faciendâ; sed solium sequitur, quod non fit illi dominus, quin reliquerit in libertate creaturæ, potest illas actiones mediante sua gratia, vel non ponere, & quod quamvis possit obligare illam ad eas eligendas sine conditione præmii conferendi propter illas, non tamen obligaverit actu, cum autem non esse Dominum hoc modo, non est inconveniens, sed omnino certum. Hoc tamen parum urget, quia ut notat Valquez disp. 85. cap. 4. nu. 33. cum valor operum, cui merces redditur, pendat ex gratia Dei, quam ipse nobis liberaliter donat, & conservat, etiam ratio liberi à nobis, ut à propria causa proveniat, quia libertas tantum est fundamentum meriti, sed non tribuit valorem operis titulo non possumus Deum constituisse nobis debitorem opere meritorio, cuius ipse est principalis auctor.

111 Respondetur tamen negando maiorem, quoad utramque partem, ad probationem primæ partis, totum quod in eo dicitur verum est, at non sufficit ad constituendum in Deo obligationem ex rigorosa iustitia, & simpliciter dicta, ut arguere præterit, quia ut constat ex dictis num. 161. & 185. ad rigorem iustitie exigitur, ut debitum, & obligatio in debito reoritur ex natura rei ratione dati, & accepti secundum æqualitatem quantitatis, iuxta leges eiusmodi æqualitatem æqualitatem secundum exigentiam rerum, que commutatur taxantem præcisè ex liberalitate, seu liberali promissione ipsius debitoris, ut contingit in proposito de nostro merito meritum retributione. Ad probationem alterius partis dico, quod Deum reliquisse in libertate creaturæ potest esse actiones mediante sua gratia, vel non ponere, certe non inter actiones illas adhuc non esse sub plenissimo eius dominio, nec patet, quod modo eas non exiger, nec ad eas obligare sine conditione præmii conferendi propter illas, sicut eas obligare potuisset; nam ad hoc, ut adhuc dicanur sub plenissimo eius dominio sufficit, quod illas cum voluntate nostra possit producere, & non producere, & quod potuisset eas sub aliis titulis exigere sine conditione præmii conferendi, licet non ita de facto illas exigit, quamvis enim hanc potestatem apud se retinet, que est omnino ab eo inseparabilis, dicitur consequenter retinere plenissimum illarum dominum; unde nullus sensus excogitari potest, quod non sit verè dominus illarum, nam hoc in iplo admitti non potest sine maxima imperfectione; ex liberalitate tamen ipsius Dei opera bona hominis iusti, & ab eo liberè elicitæ accipiuntur, ut meritoria de condigno, quibus etiam non tantum ex fidelitate, sed etiam ex iustitia debetur præmium, cum ob divinitatem promissionem, tum ob eorum operum condignitatem, quæ tamen proprie loquendo commutativa dici non potest, quia materia huius virtutis est ius, & debitum proprie, & simpliciter dictum; tale autem ius ad gloriam creaturæ habere non potest, quia condignitas suorum operum in gratia Dei retribuentis totaliter fundatur, nec ratio debiti in Deo cadere potest, quia non est impositum nec habet ad gloriam creaturæ, quatenus ex propriis virtutibus dependet, sed sua se voluntate obligat, & ideo iustitia hæc commutativa dici non potest, nisi per similitudinem, sed potius retributiva, vel præmiativa dici debet.

112 Quarto arguit, si non possit inter Deum, & hominem esse propria, & perfecta iustitia, hoc ideo esset, quia Deus est necessarius dominus omnium creaturarum, & iurium earum, nec potest à se humiliter abdicare dominium, ad iustitiam verò commutativam proprie dictam dominium, ad iustitiam tractantes alteritas iurium, & domini distinctio, at hoc falsum, & licet verum esset, non obstat perfectæ iustitie, ergo, maior constat ex dictis, minor quoad primam partem pro-

bat, quia de facto Deus dominium physicum in creaturam amittit, cum creatura destruitur; ergo abique imperfectione tantò magis à se potest abdicare dominium morale, quod est minus physicum, constante creaturæ; Deinde probatur etiam quoad alteram partem, quia quamvis Deus sit necessarius omnium rerum creaturarum dominus, hoc obstat non videtur; quin adhuc possit unicuique ius suum dare, & ita reddendo homini, quod promissit, ius illius servat, & actum verè iustitie exercet; Tum quia inter dominum, & servum, Patrem, & Filium, Prælatum, ac subditos religiosos potest vera, & propria intercedere iustitia simul cum perfectio dominii priorum in posteriores, & res suas; ergo non abdicatio dominii veram non impedit iustitiam; probatur assumptum; quia in posterioribus est verum & proprium ius petendi, & exigendi alimenta à prioribus. Tum quia Respublica habet dominium universale in bona civium, & cum hoc fiat, ut quilibet civis possit cum ipsa Republica contractus inire, & aliquid ex iustitia commutativa ei debens etiam illis satisfacere; ergo pariter debet Deus dominium universale in cuncta habere creatura, adhuc poterit cum eo creatura, pacificè ex vera iustitia, & pacificè recipere, ac Dei obligationem. Tum tandem quia non implicat duorum dominium in solidum in eandem rem.

Respondetur negando maiorem quoad utramque partem, ad primæ partis probationem dico, cum creatura destruitur, Deum amittere eius dominium physicum, veluti in actu secundo, quatenus quod non est, vel non existit à nemine possidetur; non tamen in actu primo, nam etiam creaturæ non existentes dicuntur subesse omnipotentia, & dominio Dei, quatenus illas poterit producere, vel non producere, quatenus illas non re ipsa elicit dicanur esse sub dominio voluntatis, quatenus potest ipsos producere, vel non producere; dominium autem morale est connexum cum physico, quare sicut dominium physico actuali; ac in actu secundo non potest Deus expoliari creatura existente, ita neque morali. Ad alterius partis primam probationem, nego creaturam habere ita ius suum, quin etiam sic Dei, & Deum ita habere debitum illud servandi ut hoc sit ei à creatura impositum, & ideo iustitia commutativa definitio à Vulpiano tradita nequit proprie applicari virtuti, ex qua Deus merito nostra compendat. Ad 2. probationem eiusdem partis negatur assumptum; & ad eius probationem dico filio adversus patrem, servo adversus Dominum, & Religioso adversus suum Prælatum reservatum esse ius proprium in necessaria natura, scilicet, in alimenta, velutis, & aliqua alia, que possunt esse materia verè, & proprie iustitie inter priores, & posteriores in aliis verò, que sunt sub pleno dominio priorum, minime. Ad 3. probationem concedo, Respublicam habere ius alterum in bona civium, sed dominium universale, sed conditionatum, vel specificativè, quando nimirum bona illa necessaria sunt ad Respublicæ defensionem, tunc enim privatim cessat dominium, & ius basium civium particularium, ut dictum est num. 174. Unde si civis tunc eis uteretur contradicere Principe, vel Republica peccaret contra iustitiam non proprie commutativam, sed legale, sicut è contra, si Princeps eis uteretur extrà illos casus, peccaret contra iustitiam commutativam; Ad ultimam probationem negatur assumptum ex dictis n. 176.

Quinto obicitur, iustitie specialis virtutis est reddere unicuique, quod illi est debitum, sed Deus hominibus reddit præmia debita bonis ipsorum operibus; ergo in huiusmodi retributione proprie exercet actum iustitie. Confirmatur, ubi reperitur æqualitas inter datum, & acceptum, reperitur hæc æqualitas, ergo reperitur iustitia. Denique contractus onerosus doctus des, facio, ut facias, inducit obligationem iustitie proprie dictæ, sed huiusmodi contractus reperitur inter Deum, & hominem, ergo reperitur propria iustitia commutativa.

Respondetur minus iustitie non esse reddere id, quod ex 115 quocunque titulo debitum est, sed quod debitum est alicui tanquam verè domino, & strictum ius habenti ad illam rem, quo pacto creatura per propria merita ius non habet ad gloriam quia tota eorum condignitas pendet ex gratia retribuentis, non autem ex propria creaturæ efficacia; unde neque debitum in Deo resultat ex natura dati, & accepti, sicut ad debitum iustitie commutative requiritur, sed ex propria retributoris liberalitate, & benignitate.

Ad confirmationem dico, quod æqualitas inter datum, & acceptum, que est obiectum formale iustitie commutative, debet oriri ex natura dati, & accepti iuxta leges necessariorum distantes, vel taxantes huiusmodi æqualitatem secundum exigentiam rerum, que commutatur; at in proposito æqualitas dati, & accepti inter Deum, & hominem oritur ex voluntario contractu præcisè facto ex liberalitate retribuentis secundum leges à sua voluntate, & non ab alio legislatore positos. Ad

Ad ultimum respondetur similiter, quod contractus onerosus æqualitatem dati, & accepti ora ex natura rerum commutandarum utique inducit obligationem iustitie proprie dictæ inter contrahentes; at non sic est in proposito, ut constat ex modo dictis.

116 Sexto tandem obicitur Suarez, & est veluti replica contra aliam solutionem; obligatio ad reddendum ius suum alteri secundum æqualitatem quantitatis dicitur, & accepti non tantum derivari potest præcisè ex natura dati, & accepti, sed etiam ex liberali promissione, & pactione per voluntarium contractum, sicut etiam patet in creaturæ in donatione presertim, per quam verum dominium rei alteri tribuitur, ita ex iustitia tenetur una alteri creaturæ ius servare ex largitione; ergo est ex natura dati, & accepti præcisè nequeat esse in Deo vera obligatio erga creaturam, esse nihilominus potest ex liberali sua promissione secundum naturalem rectitudinem suæ voluntatis.

Respondetur negando assumptum, ut constat ex dictis num. 185. nam ad inducendum talem obligationem requiritur, ut inter datum, & acceptum intercedat æqualitas sine physica, si verè moralis in re fundata, & prudentis iudicio definita; unde si opus nullam ex se proportionem habeat cum præmio, quantumque intercedat pactionem, non inducit debitum ex iustitia, sed ex sola fidelitate; non enim intervenit proprio commutatio, cum unum quasi nihil reputetur comparatione alterius; Quapropter si Rex dicit: servo suo, si mihi una hora honorum exhibueris, heredit regni mei reconstituo, & servus promissionem accepit, nemo dicit inter talem datum, & acceptum esse æqualitatem iustitie, sed quisque iudicabit promissionem illam esse liberalem regni donationem, licet sub conditione eiusdem operis, pro ut multas donationes, promissiones, & pactiones fieri possunt sub conditione operis, absque eo, quod tale opus censetur habere rationem dati respectu rei acceptæ per donationem, promissionem, vel pactum, adeoque abique eo, quod ibi censetur intervenire iustum seu equum commutativum, ut admittit ipse quoque Suarez in relect. de libertate divina disp. 2. sect. 2. & adnotat v. Smissinch. cit. & hoc quotidiè experimur in venditionibus, in quibus res venditæ largitudinem pretii habeat usque ad eius medietatem; si autem pactum intercedat, vel promissio de reddendo prætio duplo, tunc à lege civiliter contractus rescinditur, & promittens ad obligationem eximitur; Neque exemplum de donatione à Suarez allatum probat sufficienter assumptum, quia creaturæ leges habet ab alio Legislatore postitas, quibus ex necessitate se conformare tenentur secundum iustitiam; quapropter facta semel donatione, & translatore dei dominio, tenetur donator servare donatarium suum, non tam ex vi præcedentis donationis, quam ex vi legis ita dispensantis, cui conformari tenentur. Dices merito nostra habere æqualitatem cum premio, ad sufficientem proportionem scdm ergo intervenit proprio commutationis, poterit fundare cum Deo contractum verè iustitie. Negatur assumptum, si opera nostra ex sua natura procedunt, & quamvis eam habeant, ut à gratia habituali procedunt, non adhuc obligationem iustitie in Deo inducere possunt, nisi accedente eius liberali promissione; quia ea merita quantumvis condigna possent, si vellet, adsumeretur ex aliis titulis sibi debita abique ulla compensatione.

ARTICULUS SEXTUS.

Quid dicendum sit de iustitia distributiva.

117 Admiximus de iustitia commutativa, que consistit in mutua datione, & acceptatione, & respicit æqualitatem arithmeticam valoris rerum commutatarum, quo pacto fit admittendum in Deo, potius sub ratione iustitie retributive, vel præmiative, quam commutative, quia sub hoc nomine aliquam includit imperfectionem; nunc admodum est breviter de iustitia, que consistit, non in datione, & acceptatione mutua, neque in datis, & acceptis, sed in distributione bonorum communium secundum cuiuscunque merita servando æqualitatem geometricam, & que ritur an sit in Deo admittenda secundum propriam rationem in eisdem meritis remunerandis; in qua discutere deo sunt opinioniones; Prima, & communis est affirmativa, fundamentum est, quia propriam est iustitie distributive servare æqualitatem geometricam, ita ut plus detur ei, qui plus meretur, & minus ei qui minus meretur, sic enim servatur illa distributio æqualitas, ut foveat se habeat merita unius hominis ad merita alterius, ita quoque se habeat præmium unius ad præmium alterius, hoc est, quantum merita unius excedunt merita alterius, tantumdem merces unius excedat mercedem alterius; Sed hoc facit Deus in retributione iustorum 2. Corinth. 9. qui parè seminari, parè, & meret, ergo &c. Unde si Deus consideretur, ut persona quedam particularis, cui

factum est obsequium ab homine iusto, & reddit mercedem ad æqualitatem obsequii, ut sic, servat modum iustitie commutative; si verò consideretur, in quantum est caput universali illius communitatis iustorum reddens unicuique mercedem iuxta meritum mensuram pro obsequiis ipsi factis, ut Domino universali, servat modum iustitie distributive: hæc inquam, est communis sententia quia facilius Theologi iustitiam distributivam in Deo concedunt, quam commutativam, unde D. Thomas 1. 2. q. 12. artic. 1. & lib. 1. contra Gentes c. 92. absolute negans Deo iustitiam commutativam concedit distributivam, & sequuntur Thomistæ passim.

Secunda opinio hanc quoque iustitiam Deo negat, ita Vasquez 1. part. disp. 86. & 2. part. 2. disp. 223. Alarcon. tract. 3. de voluntate disp. 8. cap. 11. Coninch. lib. 1. de virtutibus disp. 8. dub. 5. & alii nonnulli, que etiam videtur fuisse opinio Durandi 2. disp. 27. quæst. 2. Fundamentum est, quia Deus in retribuendo gloriam non per se, & principaliter intendit servare æqualitatem geometricam inter diversos homines, sed tantum æqualitatem arithmeticam inter meritum & præmium singulorum, inde autem secundario, & quasi per accidens, ac preter intentionem sequitur etiam æqualitas geometrica inter diversos; quare hic per se loquendo servatur potius modus, & forma iustitie commutative sicut in humanis contractibus si quis solvere debeat pluribus creditoribus pecuniam, maiorem tamen uni, quam alteri, & solvat singulis totum id quod debet, per se quidem operatur tantum ex iustitia commutativa, quia adimplet æqualitatem inter solutionem, & debitum circa æqualitatem creditorum, & licet inde resultet quoque æqualitas geometrica inter diversos creditores, ut patet, non per hoc intervenit iustitia distributiva, de cuius ratione est per se, & ex intentione operari ad solam æqualitatem geometricam constitutendam. Hanc quoque sententiam ex nostris sequitur Smissinch. disp. 6. cit. quæst. 5. & num. 72. eo præsertim fundamento, quia censet iustitiam distributivam non esse speciem iustitie, que est specialis virtus, imò iustitiam particularem esse quandam virtutis speciem at hominem, & solam commutativam esse propriam iustitiam; Ceterum iustitiam commutativam, & distributivam esse diversas species iustitie, ut specialis virtus, & non diversos tantum modos eiusdem iustitie, manifestè deducitur ex Scoto loco per cit. A. dist. 46. q. 1. ut Vulpes advertit disp. 43. cit. art. 9. quod quidem cum sit communis fere omnium scilicet, potius hic supponendum est, quam disputandum.

Dicendum est cum prima sententia, in Deo attendendam 220 esse iustitiam distributivam, & quidem magis proprie, quam commutativam in meritis remunerandis. Ita Scotus loc. cit. Vulpes, & alii Scotistæ passim, ac Thomistæ, tum veteres, tum Recentiores, & præsertim Ovidius. controvers. 8. cit. par. 11. estò mordicus cum Vasquez negaverit Deo iustitiam commutativam, probatur, quia illa virtus formaliter est in Deo constituenda, que secundum suam rationem formalem perfectionem importat sine imperfectione, sed talis est iustitia distributiva, siquidem in suo conceptu formali hoc solum includit, quod est unicuique tribuere secundum suam dignitatem servando æqualitatem geometricam modo iam explicato, ita nimirum, ut eandem proportionem habeat gloria unius hominis ad merita eius, quam habet gloria alterius ad merita illius, sic quod habenti merita, ut duo, largiatur præmium, ut duo, & habentia merita, ut sex, tribuat præmium ut sex, in hoc autem nulla includitur imperfectio, imò maxima perfectio supremo Monarchæ Deo consentanea, & in magna celestis Respublice decore consistens, ergo non est Deo deneganda, & hac ratione concludit Doctor loc. cit. 4. dist. 46. quæst. 1. C. quod hæc secunda iustitia, nempe distributiva, potest esse in Deo simpliciter, quia simpliciter potest dari naturis perfectiones eis convenientes secundum gradus earum.

Secundo probatur ratione, veluti à priori, nam iustitia distributiva est que constituit perfectam æqualitatem secundum proportionem ad personas, iuxta earum dignitatem, gradus, & conditiones in distributione communis boni eis debiti, quatenus sunt partes alicuius Respublicæ, ad quam spectat illud commune bonum; sed Deus iuxta leges à sua voluntate prefixas gloriam, que est quoddam bonum supernaturalis omnibus predestinatis commune, tanquam partibus triumphantis Ecclesiæ, distribuit secundum diversitatem graduum predestinatorum ex diversa meritum dispositione provenientium, ut Scotus docet 4. dist. 50. q. 5. infra A. ergo in Deotali iustitia reperitur secundum propriam rationem; Maior constat ex ipsius iustitie distributive definitione, minor probatur ex pluribus Scripturæ locis, in quibus inveniunt predestinatos, pro merito diversitate in diversis gradibus dignitatis constituti in illa sancta Civitate Ierusalém celestibus ita Ioan. 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, ista verò mansio non diversitas æqualitatem

Itarem fundat proportionis inter Beatos iuxta illud Roman. 2. videtur uniusquisque secundum opera sua; ergo in communicatione glorie predestinatis simpliciter Deus exercet iustitiam distributivam, quatenus plus, vel minus promerenti, tanquam digniori, vel minus digno in illa coelesti Republica plus glorie, vel minus secundum regulam huius iustitiae retribuit. Quod etiam confirmatur ex verbis Apostoli loco citato ad Roman. 2. dicit inquit non est personarum acceptio apud Deum, siquidem acceptio personarum est vitium oppositum iustitiae distributivae ex Divo Thoma 2. 2. quae 63. quare Apostolus illis verbis inquit Deum per se servare ordinem iustitiae distributivae constituendo aequalitatem debitam inter omnes homines, & Angelos Beatos: ad quod etiam faciunt exempla a Christo in quibusdam parabolis adducta, quibus indicat futura esse inaequalia praemia iuxta meritum inaequalitatem, ut in parabola de talentis, & de servis; Ac denique hoc ipsum expressè docuit Dionysius de divinis nominibus cap. 8. dicens, quod Deus omnibus tribuit praemium secundum uniuscuiusque dignitatem; sed in hoc est postposita ratio formalis iustitiae distributivae; ergo illa est propria, & formaliter in Deo constituitur.

222 Respondet Vasquez disp. cit. 86. cap. 4. Dionysium loco citato, indicare tantum quod Deus in distributione bonorum servet aequalitatem iustitiae commutativae, sed modum illius, non autem distributivae, ait enim in qua sunt, omnibus quod cuique accommodatum est, tribuit, cum ergo servet tantum aequalitatem, quae est unius ad unum, quae vocatur arithmetica, servat etiam modum iustitiae tantum commutativae, non autem distributivae; quae servat aequalitatem inter plures personas, quibus fit distributio, ac proinde vocatur geometrica. Ad illud de acceptance personarum, ait hoc esse vitium commune, hoc est, non tantum iustitiae distributivae, sed etiam commutativae oppositum; dicitur autem iudex personam accipere, quia aequalitatem, quam secundum iustitiam inter aliquos servare debet, non servat; sed quia alicui eorum bene affectus est, et plus tribuit, aut cum minus punit, quam debet; opponitur verò commutativae, quando eam violat, distributivae vero commutativae, quando eam non servat; inquit igitur loco citato ad Roman. 2. Apostolum loqui de acceptance personarum, ut est vitium oppositum commutativae iustitiae, non verò distributivae, cum ibi loquatur non solum de premio bonorum, sed etiam de supplicio malorum.

223 Haec tamen minime satisfaciunt, nam quando etiam concedatur Dionysium loco citato significare Deum in distributione bonorum servare aequalitatem commutativae iustitiae, sed modum illius; nihilominus adhuc negari non potest, quin etiam indicaverit servari pariter aequalitatem distributivae inter plures, atque earum dignitate invicem comparata, hoc enim expressè ex eius verbis colligitur, quae sunt haec divina iustitia omnia disponit, & determinat, ubi alia translatio pro disponit habet distribuit, ut Vasquez ipse advertit; & subrexit statim, in, quae sunt, omnibus quod cuique accommodatum est, tribuit, pro eo quod in unum quodque eorum, quae sunt attingit, dignitate quibus ultimis planè verbis indicat aequalitatem inter plures personas atque earum dignitate invicem comparata, quae est propria iustitiae distributivae. Pariter etiam, quando conceditur, acceptio personarum esse vitium iustitiae tam distributivae, quam commutativae oppositum, accitum quod Apost. loc. cit. loquatur de ea, ut opponitur iustitiae commutativae, gratia adhuc omnino dicitur, quod de ea non loquatur, ut etiam opponitur distributivae; imò quia ibi Apostolus promiscuè loquitur de premio bonorum, & de supplicio malorum, hoc magis convincit esse locum de personarum acceptance, ut opponitur iustitiae distributivae, quam commutativae, sic enim loquendo considerat aequalitatem proportionis inter personas, atque earum dignitate praemii, vel supplicii; & nulli dubium est ad iustitiam distributivam pertinere, unumquemque in suo loco collocare, quod utique Deus observat reddendo praemia meritis, ac bonos in Coelum evehende, & supplicia peccatis, ac malos in Tartarum detrahendo, & idè pro praemii retributione dixit Joan. 14. in domo Patris mei etc. & pro poenae inflictione Achorum 1. dicitur de Juda, ut abire in locum suum, ergo negari nequit Apostol. loc. cit. esse locum de acceptance personarum, ut est vitium distributivae iustitiae oppositum.

224 Tertio probatur ulterius destruendo fundamentum oppositae sententiae, & probando Deum in collatione praemii etiam per se intendere aequalitatem proportionum inter personas, & retribuire gloriam ex iustitia etiam distributivae inter Sanctos comparativè spectatos; etenim quamvis re vera Deus per se, & principaliter intendat constituere aequalitatem praemii ad meritum uniuscuiusque, ut bene inquit Vasquez, adhuc tamen negari non potest, quin etiam per se, & principaliter intendere possit, ac de facto intendat talem proportionem in-

ter praemia diversorum hominum, qualis est inter merita eorumdem, in qua comparatione aequalitas geometrica consistit, quae est propria iustitiae distributivae, ut à commutativa discernitur; Tùm quia aequalitas ista proportionum de facto datur, itaque verum fit dicere, quod sicut se habent merita Divi Francisci ad merita Divi Dominici, sic se habent gloria istius ad gloriam illius; ergo eam potest intendere Deus, & de facto intendit; Et omnino voluntarium est dicere cum Vasquez talem aequalitatem proportionum servari à Deo non ex intentione, sed per accidens, ut servet aequalitatem cum meritis; nam Deus ipse non casu, & sortuito, sed ex intentione, & certo consilio tot inaequales gradus inter iustos, & beatos disposuit, ut inde magna conflueret pulchritudo coelestis Republicae, & utique maior perfectio est providentiae, ceteris paribus, effectum per se intendi, quam per accidens resultare. Tùm quia negari non potest in Deo voluntatem per se reperiri tribuendi unicuique secundum opera sua, bonis praemium, & malis supplicium, & inter ipsos magis, vel minus iuxta quantitatem, vel qualitatem operum; at haec voluntas ad aliam nequit pertinere virtutem, quam ad iustitiam distributivam. Tùm denique quia aequalitas ista arithmetica glorie ad merita commensibilis est cum aequalitate geometrica proportionum iam explicata, imò de facto sunt simul connexae; ergo de facto simul intenduntur, neque ex eo quod Deus primam per se intendat, rectè inferri aliam rationem non per se intendere, sed solum per accidens; si enim in reali coexistentia implicentiam, & repugnantiam non involvunt, nec etiam illam in coexistentia intentionali involvere videntur.

226 Quarta tandem neque speranda videtur ratio quorundam Thomistarum, quod ad meritum de condigno apud Deum necessarius est status sanctitatis, & gratiae, ut constat ex antè dictis, nam quavis unus homo apud alium mereri possit de condigno, etiam si sit inimicus eius, non tamen apud Deum, & ratio est quia unus homo apud alium meretur ex iustitia commutativa, quae non attendit ex dignitate merentis, sed ex aequalitate operis, unde si inimicus iuxta opera sua praesente in agro, non minus tenorili condignam solvere mercedem, quam si amicus esset; iustitia enim commutativa inter datum, & acceptum aequalitatem constituit, non curando de conditione personae, quod sit amicus, vel inimicus; cum igitur in merito apud Deum de condigno sit necessaria conditio dignitas personae, & status sanctitatis, hoc planè requirit videtur ex vi potius iustitiae distributivae, quam commutativae, siquidem ista à tali conditione praescindit; sed iustitia distributiva respicit personarum dignitatem, & iuxta proportionem earum in gradu, & dignitate, praemia partibus illis retribuit etiam nota Ariaga disp. 3. in 79.

Respondet Vasquez, quod quamvis iustitia distributiva attendat, & consideret merita personae, non tamen ipsa sola commutativa namque etiam merita considerat, licet diverso modo commutativa quidem secundum aequalitatem rei, & rei tantum ad meritum, & meriti, & mercedis distributiva vero secundum aequalitatem proportionum inter personas, & merita; & quia in divino iudicio non considerantur merita personarum secundum aequalitatem proportionis, sed secundum aequalitatem meriti, & retributionis; idè in divino iudicio non servatur forma distributivae, sed commutativae etiam in praemiorum distributione. Hoc tamen vim argumenti non emittit, quando namque dicimus iustitiam distributivam respicere dignitatem personae commutativam verò ab ea praescindere: per dignitatem personae non intelligimus merita, sed dignitatem ipsius personae operantis, & ab hac dignitate dicimus praescindere iustitiam commutativam, quae potius praescindit ad valorem, & dignitatem ipsius operis praescindendo à conditione personae, & ex hoc inferimus, quod talis personae conditio ad meritum de condigno requisita, potius ex iustitia distributivae est aufpicanda, quam ex iustitia commutativae; Tùm quia, est etiam eam doctrinam intelligeremus in sensu à Vasquez explicato, adhuc intentionem non consequitur, iam enim demonstratum est in divino iudicio merita non tantum considerari secundum aequalitatem meriti, & retributionis, sed etiam secundum aequalitatem proportionum inter personas, & merita.

Solvuntur obiectiones.

In oppositum obicitur Primo, quod in Deo non detur iustitia distributiva nec respectu naturalium nec supernaturalium, quia deficit in illo ratio debiti, quae essentialiter requiritur ad iustitiam; potuit enim Deus cum causis naturalibus ad suos effectus producos non concurrere, & iustitiam merita non solum non premiare atque aequalitatem aequalitate, sed etiam absolute ea sine praemio relinquere propter absolutum dominium, quod Deus habet omnium creaturam,

um, & propter ius quod in illas, & pariter in omnia sua habet. Confirmatur, quia neque Deus respectu universi habet, sicut Rex respectu Republicae, hic enim ea, quae ex iustitia distributiva inter concives distribuit, ipsius Republicae sunt, & ita ipse potius est distributor, quam largitor: Deus autem est primus omnium auctor, & dominus; & nihil est, de quo ipse non possit pro sua voluntate disponere, & quibus voluerit & quomodo voluerit imperari, ac omnibus, & quibuscunque denegare, neque à se alicuius rei supremum dominium potest abdicare. Quod si ex promissione teneatur merita retribuire, nobis non constat de promissione praemiorum distributorum iuxta formam iustitiae distributivae, sed iuxta cuiusque merita independentèr à comparatione, seu aequalitate proportionum inter merita, & praemia diversorum iustorum.

228 Respondo, Ovvidium hac ratione convictum par. 11. negare, dari in Deo iustitiam distributivam respectu tam naturalium bonorum, quam supernaturalium, estò concedat in eorum collatione referri à Deo adhuc formam iustitiae distributivae, quatenus de facto intendit aequalitatem proportionum iam explicatam, in quo praesto differentia à Vasquez negante in Deo cum iustitiam distributivam, quam modum eius servatum in distributione bonorum, quia negat eam proportionum aequalitatem ullo modo esse à Deo per se intentam; Verum hæc difficultas in proposito de iustitia distributiva ex ratione debiti deducta eodem modo solvenda est, sicut soluta fuit superioris cum urgebatur contra commutativam, cum hic urgentius non premit, quam ibi, & idè sicut ibi dictum est, Deum in retributione meritorum servare modum, & formam iustitiae commutativae, quia licet non possit esse debitor creature absolute, & praescindit propter eius opera, veluti obligatio à creatura sibi imposita, quasi coactus, & motus ab ipsis operibus, cum illa possit accipere, ut sibi debet multis titulis, & non ut merita possit tantum constitui debitor ex eius beneficio, supposita, scilicet, promissione illa praemii, & operum condignitate ex consensu habitus gratiae; ita, inquam, in presenti dicendum est, quod ad iudicandum debitum in Deo, quantum sufficit ad iustitiam distributivam in corpeocondam, satis est promissio de praemio retributo iuxta formam iustitiae distributivae supposita personarum dignitate, quibus distributio fieri debet. Et cum inquit Ovvidius, nobis non constat de tali promissione, sed tantum de promissione remunerandi merita independentèr à comparatione, sed aequalitate proportionum inter merita, & praemia diversorum iustorum. Respondo, quod sicut, promissio de meritorum retributione spectans ad commutativam colligitur ex Scripturis antè non semel citatis ita pariter promissio spectans ad distributivam colligi debet ex locis citatis num. 221. nempe quod in domo Dei mansiones multae sunt, & quod apud Deum non est acceptio personarum, & similibus, quae non minus evidenter insinuant promissionem spectantem ad iustitiam distributivam, quam alia indicent promissionem spectantem ad commutativam.

229 Secundo obicitur, inaequalitas, aut aequalitas glorie proveniat aequè ex aequalitate, aut inaequalitate meritorum; ergo Deus attendit tantum ad aequalitatem inter gloriam, & merita. Respondo, etiam ab Ovvidio, hoc argumetum reputari invalidum, potest enim Deus in unoquoque iusto intendere aequalitatem inter gloriam, & merita, respectu tamen omnium intendere proportionem hanc, quae in uno tantum non reperitur; sed in ordine ad alterum; potest enim Deus dare tantam gloriam huic iusto propter tantum valorem meritorum eius, & sic in alio, atque ita simul intendere in utriusque collatione aequalitatem proportionum, quam relicturam esse praenovit ex utraque collatione taxata iuxta merita utriusque subiecti; atque idè ad argumetum concessa antecedente neganda est consequentia.

230 Tertio obicitur, quia si plures haberet, sed pauciores essent beati, si unus tantum existeret, haberet eandem gloriam, quam nunc habet secundum mensuram meritorum; ergo Deus non attendit ad aequalitatem proportionum, sic enim de facto omnibus beatis praemium imperitur, ac si solus unus esset, cui esset retribuendum, & consequenter non servat modum iustitiae distributivae, quae praemium non imperitur uni, nisi servata proportione, & comparat one ad alios.

231 Respondo, hoc rursus argumetum etiam ab eodem Ovvidio, imbecille censeri, unde concessio antecedente pariter negat consequentiam eadem eam gloriam, quae nunc datur Beato Francisco aequalitate meritorum, & aequalitate proportionum cum gloria, & meritis alterius beati, casu quo alius Beatus non existeret, Beato Francisco daretur atque tantum aequalitate meritorum cum gloria; unde si unus tantum existeret beatus, haberet eandem gloriam, quam nunc habet, licet non eodem prorsus modo, nec cum eadem respectibus.

Quarto obicitur, quia saltem cum infantibus statim suæ pro baptismo obsecutibus non potest servare Deus formam alicuius iustitiae, non quidem commutativae, cum in eis non sint merita, pro quibus ipse Deus secundum aliquod debitum quod commutatum reddat praemia; nec etiam distributivae, cum omnes in baptismo gratiam suscipiant aequalitèr, unde non videtur in eis assignari posse aequalitatem proportionis gratiae, & glorie unius ad gratiam, & gloriam alterius. Respondet Vulpes art. 9. cit. Deum communicare illis gloriam secundum iustitiam distributivam, tanquam filiis suis adoptivis habentibus ius in hereditatem, & partem in illam tanquam Sanctorum concivibus spectata in eis etiam diversitate dignitatis personae exorta ex diverso gradu gratiae; unde negat gratiam esse in eis aequalitèr commutativam indicatèr videtur Scotus 4. disp. 4. q. 7. lit. A. Verum, quando movetur hæc quaestio, an Deus meritis reddat praemium ex iustitia, & quomodo, iam ex ipso quaestiois titulo constat, quaestioem moveri de adultis, non de parvulis, qui nulla habent propria merita, unde difficultas hæc de parvulis ad rem non facit, quia quando concederemus nullam iustitiam, vel iustitiae modum à Deo observari in communicanda illis gloria, adhuc diceretur eam servare cum adultis, quibus gloria communicatur, ut merces, & corona ratione meritorum; Et quædo etiam in infantibus gratiam supponeremus aequalitèr, adhuc id non obstat, quin possit in eis assignari aequalitatem proportionis gratiae, & glorie unius ad gratiam, & gloriam alterius, ut exigitur ad servandum modum iustitiae distributivae; quemadmodum Deus communicando aequalitèr gloriam duobus adultis aequalitèr merita habentibus, hoc minime impedit, quin possit adhuc in hac communicatione glorie servare modum iustitiae distributivae facta comparatione inter meritum, & praemium utriusque.

232 Postremo Suarez disp. de iustitia Dei c. 3. lib. 12. de gratia c. 30. difficilem existimus explicationem iustitiae distributivae, & distinctionem à commutativa hæcenus traditam; alium modum excogitavit, quo putat, posse melius explicari, atque distinguui, nempe non per duplex genus aequalitatis dictum, sed per duplex genus iuris, cui per iustitiam satisficit. Ceterum, ut accurate perpendat A vera scilicet 13. modus ille dicendi videtur potius tendere ad destruendam iustitiam commutativam, vel etiam utramque iustitiam, quam ad constituendam, & coniungendam utramque simul, & idè modus noster utramque distinguendi iustitiam per duplex genus aequalitatis dictum arithmetice, ac geometricè à nobis iam explicatis, & ab antiquis Scholasticis traditis, praesertim verò à Divo Thoma, & Scoto loc. cit. retineri debet, ut undequaque sufficiens, ac in Aristot. fundamentum habens lib. 5. Ethic. de hac distributiva iustitia fuisse ait Ariaga disp. 13. cit. scilicet ubi pariter totam hanc controversiam reducit ad quaestionem de nomine, & contendit exercere iam posse respectu unius personae, & tandem in fine sententiam concludit longè probabilis esse Deum, dum in remuneratione non solum attendit titulum meritorum, sed etiam dignitatem gratiae, cui aequam filium adeptionum constituenti debetur gloria, & dum etiam iuxta exigentiam eius gratiae gloriam tribuit, exercere veram, & propriam iustitiam distributivam.

QUESTIO SEXTA.

An opera iustorum sint magis meritoria ex eo, quod procedant ex gratia data propter merita Christi, quam essent aliis, si tali gratia non esset per Christum.

De hoc puncto non modica contentio est inter Recentiores, praesertim inter Suarez, & Vasquez; pro cuius intelligentia supponendum est ex dicendis, quod licet de facto tota gratia tam habitualis, quam actualis, quae nobis datur ad merendum, detur iustitiam meritorum Christi, ut docet Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. poterat tamen Deus omnino liberaliter sine intuitu meritorum Christi eandem omnino gratiam nobis conferre; quare sensus quaestiois est, an opera iustorum sint magis meritoria apud Deum, eo quod procedant ex gratia data per merita Christi, quam si non procederent ex illa, sed ex alia consimili, & in eodem gradu inaequata à Deo collata sine relatione ad merita Christi, an sint, inquam, magis meritoria, quia nempe mereatur maiorem gradum glorie, vel saltem eundem gradum, sed melius, hoc est, ex iustitia magis rigorosa.

Ex quo patet Vulpium nostrum non satis perpendisse huius quaestiois sensum, dum disp. 25. cit. art. 4. graviter obiurgat Vasquez partem negativam sustinentem, quod non curaverit derogare dignitati Christi, qui absolute est causa meritoria omnis nostrae gratiae, & iustificationis, nec sacre Scripturae revelanti Christum misericorditer à Deo esse datum nobis glorificato-